



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Medvlla Theologiæ Moralis

Busenbaum, Hermann

Monasterii Westphaliæ

Dub. I. Quid sit Eucharistia?

urn:nbn:de:hbz:466:1-40957

tis: neque solvens illam, contrahit cognationem, v. *Præp. in 3. p. q. 2. n. 121.* 4. Parochos teneri in librum referre nomina confirmatorum & patrino- rum suæ Parochiæ, (eamq; curam ad Episcopos etiam pertinere) tum propter sciendam cognati- onem spiritualem, tum propter ordines suscipien- dos, docet *Quintan. t. 2. f. 11. ex Barbosa, &c. ac de- nique licere mutare nomen in Confirmatione, I- bid. f. 10.*

TRACTATUS III.

De Eucharistia.

CAPUT I.

De Essentia Eucharistia.

DUBIUM I.

Quid sit Eucharistia?

Resp. Est Sacramentum corporis, & sanguinis Christi, sub speciebus panis & vini, ad spiri- tualem animæ refectionem divinitus institutum. Ita commun. Schol. *Vnde resolves sequentia.*

I. Tam species consecratæ, quam corpus & sanguis Christi, intrinsicè & essentialiter constitu- unt hoc Sacramentum: adeoque falsum est, quod docuit *Waldensis*, Corpus & sanguinem Christi. esse totum Sacramentum. Ratio, tum quia *Trid.*
do-

docet, corpus & sanguinem contineri hoc Sacramento; tum quia quatenus continetur, non est sensibile. Item falsum est, quod docet *Marfil* & *Sotus*, solas species constituere hoc Sacramentum, tum quia Eucharistia est cibus coelestis, tum quia adorari debet latria, ut docet *Trid.*

II. Usus, sive sumptio Eucharistiae, non est propriè ipsum Sacramentum, neque aliud Sacramentum ab eo distinctum, ut vult *Gabriel*; nec pars eius, sive essentialis, sive integralis, ut *Auribus* tantum applicatio, sive conditio, ut Sacramentum operetur.

III. Etsi quaelibet species, imò quavis pars speciei, sit integrum & essentialiter perfectum Sacramentum, adeoque Sacramentum Eucharistiae, sub speciebus panis & vini, physicè & materialiter specie differat; moraliter tamen, & in ratione Sacramenti, est unum specie infima Sacramentum, tum quia est unum signū rei sacrae: tum quia ordinatur ad unum specie infima finem. *v. S. Thom. q. 73. a. 1.*

IV. Etsi physicè loquendo, tot sunt numero Sacramenta, quot numero species, vel etiam partes specierum; moraliter tamen unum numero Sacramentum est, quod per modum unius proponitur & sumitur: quia id ad unum finem, scilicet unitam refectioem spiritualem, refertur.

V. Hostiæ in diversis altaribus, rectè concipiuntur, ut distincta Sacramenta: contra verò, si sacerdos unam hostiam in plures partes dividat, vel plures hostias simul sumat, (eadem est ratio plurium specierum diversæ rationis) non ideo dicitur accepisse plura numero Sacramenta.

Cap. I.
Nota:
teria, pro
inverso:
manens,
verò rem
cies panis
ta, illa sci
corpus &
Resp.
vinum.
Christi, A
materia,
Sacrame
licite po
ter tum
fess. Unde
I. C
ni quia
tranqu
II. No
re, in no
detur v
III
casu.
quosda
Dix
tionem
secrari
DU